



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

B. Hamularius Fortunatus, primus officij mortuoru[m] co[m]positor, et aliaru[m] Ecclesiasticaru[m] rerum illustrator. cap. XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

ritatis (ut ipsi loquuntur) quidam tractatus seu libellus sub eius nomine, De correctione Episcopi ac Papæ: qui utrum partus eius sit nescio; cauendus tamen mihi uidetur, cum huiusmodi suppositios foetus multos nobis obrudant hæretici, vt suas imposturas, quasi Sanctorum uirorum, & Doctorum Ecclesiæ auctoritatis tueantur: ut contigit etiam in epistola illa supposititia S. Valentinii Episcopi, & aliorum similium.

B. HAMULARIUS FORTVNATUS,
Primus Officij mortuorum compositor, &
aliarum Ecclesiasticarum rerum
illustrator,

qui

Quæsiuit uerba utilia, & conscripsit sermone s relligiosos, ac ueritate plenos. Eccl. 12. Cap. XXXII.



NON impar S. Petro Damiano Cardinalis habito librum oclusum sinistra tenentis, repræsentat Beatum Hamularius Fortunatus, moiaachus, & S. R. E. Cardinalis, qui uir doctissimus & eloquentissimus cum esset, Græcæque, & Latine eloquentia insignis, multis præclare & insigniter pro uero que Imperio gestis, Ecclesiæ quoque Dei non mediocriter uultus fuit. Primus enim omnium Officium, quod uocamus, mortuorum, collegit, & ordinauit, ut ipsemet de se faretur in libro suo de ordine Antiphonarii, c. 79. quod ab Ecclesia comprobatur, ad usque hæc nostra tempora permanit. Sunt qui hanc laudem S. Odiloni Abbati Cluniacensi tribuant, decipiuntur tamen, Odilo enim diem Commemorationis omnium defunctorum postridie Omnium Sanctorum instituit, non autem officium mortuorum, quod multis ante eum seculis, iam in Ecclesia in usu erat, cuiusque primarius auctor Hamularius agnoscitur, ut patet tum ex Gregorio Papa 1. M. cuino de diu. off. titulo de 3. 7. & tricesimo die pro defunctis, & alijs, qui Missas pro defunctis celebrati, & pro eisdem orare iusserunt, forma tamen & modo inordinato, usque ad Hamularium cuius etiam est Inuitatorium illud, Non sit uobis uanum: quod dicitur in quadragesima; & alia nonnulla ad rem Diuinam pertinentia, ut libros eius legentibus patet. Composuit plurimos insignes tractatus, Ecclesiæ Dei peritiles, de quibus ista feruntur.

De

De diuinis officijs, siue Officiales, ad Ludouicum Pium Imp.
lib. 4. qui excusi sunt Coloniae cum alijs scriptoribus de
Diuinis officijs, anno 1568. in fol. & Romae 1591. in fol.

De ordine Antiphonarij, lib. 1. excusus nunc primum Romae
cum praecedenti.

De mysterijs, siue officio Missae, lib. 1. impressus in Speculo
Missae, Venerijs anno 1572. in 8.

De ecclesiasticis officijs, lib. 1. Satis & nimium quidem.

De ordine Cantatorij, lib. 1. Lectionarium, lib. 1.

Diurnale officij, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Beatus Honorius monachus Augustudunensis libro de ill. eccles.
scriptoribus, libros huius Hamularij de diuinis sacramentis qua-
tuor, tribuit cuidam Amelario Episcopo Metensi, sic inquit;
*Amelarius Metensis Episcopus, sub Ludouico scripsit libros quatuor
de diuinis sacramentis: sed eum errare docent, tum aliorum om-
nium qui de ecclesiasticis scriptoribus ex professo egerunt, consen-
sus, qui huius Amelarii nec meminerunt quidem; tum etiam quod
apud Democharem de Sacrif. Missae, tomo 2. c. 33. in catalogo Me-
tensium Episcoporum, nullus huius nominis illius sedis Episcopus
reperiatur. Corrigendus est ergo Honorius, & qui eum sequun-
tur nonnulli.*

D. NICOLA VS ANGLVS.

Apostolus Noruegiae.

nam

Ad Insulas longe diuulgatum est nomen eius. Eccles. 47.

Cap. XXXIII.



ROXIMVS Hamulario est Domnus Nicolaus An-
glus, monachus, & Abbas, qui ob singularem, qua
praeditus erat eruditionem, ab Eugenio Papa III.
S.R.E. Episcopus Cardinalis Albanus factus, & in
Noruegiam (cuius Regni arma antiqua in mani-
bus tenet, sunt autem illa Zonae transuersae tres ar-

gentae, & totidem cyanae, quibus superest Leo ruber bipennem,
halebardam vulgo uocamus, argenteam in pedibus gestans) lega-
tus à latere missus, ut illam Prouinciam, infidelem haecenus, ad
Chri-